



Handwritten text in cursive script, possibly a signature or a note, located in the upper left quadrant of the page.



Icto uiuo
gratulatur Poëta mortuus!

h. e.
VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO ATQVE CONSULTISSIMO,

**DN. JOANNI FRIDERICO
DOERINGIO,**

Juris Utriusque Candidato Dignissimo, & Causarum
apud Torgauenses Patrono Clarissimo,

NVPTIAS AVSPICATAS

Cum

NOBILISSIMA, LECTISSIMA, ORNATISSIMAQVE

VIRGINE,

CHRISTINA SOPHIA,

Viri quondam

SUMME-REVERENDI, PRAE-NOBILISSIMI ATQVE AMPLISSIMI,

DN. DANIELIS BODELI,

Augustissimae Poloniarum Reginae & Electrici Saxoniae olim,
& antea adhuc Serenissimis Brunsvicensium ac Luneburgen-
sium Principibus, a cibi potusque magisterio, nec non
Capituli utriusque, maioris ad S. Blasii, & mi-
noris ad S. Cyriaci Vicarii
Splendidissimi,


Filia natiuitate maxima

Torgae Nonis Nouembris anni M DCCIX. celebranti,

Ex FRISCHLINI COMOEDIA, quae Rebecca interbitur,
iuxta editionem, quae Argentorati M DCVI. in forma 8. prodit,
ipius PORTAE uerbis
adplaudit


M. CHRISTIANUS SCHMIDIUS, Stolbergensis,

Poëta Caes. Laur. & Reuer. Ministerii Candidatus.



TORGAE,

Typis JOHANN. ZACKAR. HEMPL.



Frischlinia.

S Ponit Colende & Pie! ecquis Te est felicior? p.m.33.
Quis Te hominum in terris uiuit fortunatior?
Qui ex improuiso aduenientem olim BODELIAM
Tuam, cui iungi cupis, utque cupis; iam capis,
Et quidem eam de genere claro, & cognato DEO
Tuo, modestam, ingenuam, studiosam rei
Domesticae, sine sumptu, sine mundo, sine
Omni fastu, & plane dissimilem uirginem
Nostrarum uirginum: quae in deliciis domi
Aetatulam exigunt, & quas fere sui
Officii pudet ac piget. Ego hanc laboribus
Aduetam arbitror! at nostrae uirgines nimis
Sibi placent, nimisque dant operam, ut suis
Placeant amantibus. Itaque noctes ac dies
In omni aetate semper ornare solent,
Semper lavari, tergi, pingi ac fingier:
Dum moliantur atque percomuntur annus labitur. p.m.63.
Postremo cum bene lautae, ornatae, sublitae, p.m.33.
Pictae ac fictae fuerint, infectae sunt tamen.
In Hac uerus color, solidum corpus, sine
Auro, sine munditia, sine omni re mala: (p.m.31.
Mater Patrem post quam bono ingenio exornatam esse uoluit,
Ut digna sit, JURIS quam ducit SATOR. p.m.33.
Ego non didici assentari, aut homines in os laudare, clam p.m.47.
Deinde subsannare, mordere & dentibus arrodere
Ut nunc moris est; noui probum animum Tuum, Amice, &
meum (p.m.64.
Tumet. Qui ipse uides dotem pulcherrimam Sponsam Tuam
Numerare; nam habet ueram pudicitiam, DEL metum,
Et Parentum amorem, & Cognatum concordiam, optimas
Ac pulcherrimas dotes: & credo Te istis dotibus
Esse contentum. Quas si adspicis, scio, superat procul p.m.29.
Omnes dehinc animo mulieres BODELIA,

Nam

Nam prae ista nostrates mihi pithécia
 Et spiritum uicinia esse uidentur, *Caudeo p.m. 76.*
 Hinc hanc Tibi virginem honestissimam omnium
 Quae caste uiuunt. Celebrati & Nobilis
 Patris Natam probam, pia desponsam a Matre
 Et tota Familia, ut aetatem Tecum exigit,
 Et pulchra prole Te lactum faciat Patrem.
 Ego sane Te laudo beatam & felicem, *BODELIA, p.m. 47.*
 Id cum studuisti, formae mores ut consimiles forent;
 Minimaeque, ita me Deus amet, miror, si Te quisque expectat;
 Nam mihi, quale ingenium haberes, fuit indicio ueritas:
 Et cum ego Tuam mecum in animo uitam considero,
 Omniumque Vestrum, una qui hic asideris, Hospites,
 Et Vos esse istiusmodi, atque Hanc talem esse haud mirabile. Hinc
 Amoenitate amena amoenus Vos dies *p.m. 33.*
 Onerat, quo ex improviso inuenit Sponsus &
 Sponsa hic quaesitum. Nam quod summopere dabant
 Operam ut fieret, DEUS id cura effecit sua:
 Sine Tua, O Par Nobile, dat omne industria
 DEUS. Nam cui homini benefactum esse uult bene,
 Obtingit optatum, pium connubium.
 Recta tenduntur iis per matrimonium, *p.m. 3.*
 Qui grandes hominum factiones turpe amant;
 Cuiusmodi sunt hoc tempore quam plurimi.
 Nam hodie in uxore ducenda, non qua fide, *p.m. 4.*
 Aut religione, sed quibus pecuniis
 Instructi sint homines, spectari solet. *(p.m. 3.)*
 Quorundam hinc perfidia nunc est, ut quos student
 Perdere, nec iustam habent causam, illos nuptiis
 Inuitent, illaqueent, irretiant, dein
 Tanquam in cauea quadam praecclusas auiculas
 Jugulent, mactent, trucident infando modo.
 Quod fit, quando quis uxorem nactus fiet *p.m. 5.*
 Superstitiosam, illiberalem, incommodam,
 Superbiam, petulantem, profanam & impiam.
 Recte hinc timebas, Mi, quia hoc negotium *p.m. 11.*
 Non a uoluntate humana pendet, neque in
 Nostra situm est manu, sed unius DEI
 Opus est, ad hunc nostri oculi aduertendi bene:
 Domum enim, & opes, boues, agros, pecunias, *p. 24.*
 Et similia parentes relinquunt liberis;
 At uxor honesta a solo prouenit DEO.

Namque

Namque hic supremus est in caelis arbiter, p.m.73.
 Hominum qui facta, mores, pietatem & fidem,
 Et omnium nomina in manu signata habet;
 Huic Te confidere, in hunc Te respicere, pia
 Vota Tua declarauere. Nam hic Adae tuam
 Euam e costa aedificatam adduxit pronubus,
 Ab hoc petendum est felix matrimonium.
 Hic illud Cornu copiae Tibi est, ubi inest quicquid cupis; p.m.50.
 In hoc consilia insunt omnia, in hoc thesaurus sapientiae,
 In hoc rei exitus prosper, in hoc uxor erat BODELIA. Hic,
 DOERINGI peramande, & angelum suum Tibi p.m.12,
 Quasi pronubum concessit Tua in hac re sacra,
 Ut eius opera uxorem capias prosperam.
 Cum hac Teus nunc animus in portu nauigat, p.m.13.
 Ut sic queatis ambo de rebus interim
 Duris in utramuis aurem quiescere. (p.m.64.)
 Exigenda mihi idcirco, Optume, ueniunt Tibi nunc, & Tuae
 Nunc Sponsae, adeoque toti Familiae uota: fata quo p.m.35.
 Bene faciant, & consilia Tua prosperent,
 Ut ueniant, quae optas, & ut optas omnia.
 Ego felicitatem hanc Vobis gratulor, p.m.38,
 Nam ita me DEUS bene amet, uoluptati est mihi,
 DOERINGI, ut omne contigat animi ex sententia.
 Nam Te esse erga me fido ingenio, comperi; p.m.78,
 Tibique exopto, ut placidam uitam tranfigas
 Cum Sponsa hac felix & fortunatus diu!
 Sit Tua uoluptas, Tua spes in uita unica, p.77.
 Diadema uitae, Tuae oculus Tuus unicus,
 Tuum solatium, quod malis omnibus
 Et luctui opponas Tuo, BODELIA!
 Quae Tua cupit esse, Tibi semper morigera erit
 In rebus omnibus, Tibi dat se, Domino suo,
 Tibi se committit, Tuae se mandat fidei! (p.m.65.)
 Bene uertat DEUS, quod agis, sitque Tua in millia millium,
 Et Semen Tuum obfideat Tuorum portas hostium!
NUNC ITE INTRO, NAM DUDUM VOS EXPECTAT THORUS! p.78,



AB 180007

ULB Halle 3
002 378 078



5b.

VD 77





ICTO uiuo
gratulatur Poëta mortuus!


h. e.
VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO ATQVE CONSULTISSIMO,

DN. JOANNI FRIDERICO DOERINGIO,

Juris Utriusque Candidato Dignissimo, & Causarum
apud Torgauenses Patrono Clarissimo,

NVP TIAS AVSPICATAS

Cum



Farbkarte #13

IMA, ORNATISSIMA QVE

GINE,

A SOPHIA,

uondam

DELISSIMI ATQVE AMPLISSIMI,

LIS BODELII,

ginæ & Electrici Saxoniac olim
runsuicensium ac Luneburgen
tusque magisterio, nec non
aioris ad S. Blasii, & mi-
yriaci Vicarii
didissimi,

ate maxima

anni M DCCIX. celebranti,

A, quæ Rebecca interbitur,

orati M DCVI, in forma 8. prodiit,

ETAE uerbis

plaudit

IMIDIUS, Stolbergensis,

ter. Ministerii Candidatus.



RGAE,

ZACKAR. HEMPL,

B.I.G.